

*Vsi so se čudili temu, kar je prihajalo iz Božjih ust.
(Lk 4,22, obhajilni spev)*

**TRETJA NEDELJA PO
RAZGLAŠENJU GOSPODOVEM**
DOMINICA TERTIA POST EPIPHANIAM



Sveta maša po Rimskem misalu sv. Janeza XXIII.

BAZILIKA ŽALOSTNE MATERE BOŽJE
CISTERCIJANSKA OPATIJA STIČNA



21. januar 2024

INTROITUS

Ps. 96, 7-8 Adoráte Deum, omnes Angeli eius: audívit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt filíæ Iudæ.

Ps. ibíd., 1 †. Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ.

†. Glória Patri.

VSTOPNI SPEV

Poklonite se Bogu, vsi njegovi angeli! Sion to sliši in se raduje in veselijo se hčere Judove.

Ps 96,7,8

†. Gospod kraljuje, veséli se, zemlja, radujejo naj se številni otoki.

Ps it.,1

†. Slava Očetu.

ORATIO

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, infirmitatem nostram propítius réspice: atque, ad protegéndum nos, déxteram tuæ maiestátis exténde.

Per Dominum.

ZBIRNA MOLITEV

Molimo.

Vsemogočni, večni Bog, ozri se milostno na našo slabotnost in stegni v našo obrambo desnico svojega veličastva.

Po Gospodu.

LECTIO

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

Rom. 12, 16-21

Fratres: Nolíte esse prudéntes apud vosmetípsos: nulli malum pro malo reddéntes: providéntes bona non tantum coram Deo, sed étiam coram ómnibus homínibus. Si fíeri potest, quod ex vobis est, cum ómnibus homínibus pacem habéntes: Non vosmetípsos defendéntes, caríssimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindícta: ego retríbuiam, dicit Dóminus. Sed si esuríerit inimícus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim fáciens, carbónes ignis cóngeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

BERILO

Berilo iz pisma sv. apostola Pavla Rimljanom.

Rim 12,16-21

Bratje! Ne bódite sami pri sebi modri. Nikomur ne povračujte hudega s hudim; prizadevajte si za dobro ne samo pred Bogom, ampak tudi pred vsemi ljudmi. Ako je mogoče, živite, kolikor je na vas, z vsemi ljudmi v miru. Ne delajte si, preljubi, sami pravice, ampak dajte prostora Božji jezi; zakaj pisano je: »Meni gre maščevanje, jaz bom povrnil, govori Gospod.« Marveč, ako je tvoj sovražnik lačen, mu daj jesti; ako je žejen, mu daj piti; kajti če to delaš, mu boš žerjavico zbiral na glavo. Ne daj se premagati hudemu, ampak premaguj hudo z dobrim.

GRADUALE

Ps. 101, 16 Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam.

Ps ibíd., 17 †. Quóniam ædificávit Dóminus Sion, et vidébitur in maiestáte sua.

STOPNIŠKI SPEV

Bali se bodo narodi tvojega imena, Gospod, in vsi kralji na zemlji tvojega veličastva.

Ps 101,16

†. Zakaj Gospod bo Sion zopet pozidal in se tam prikazal v svoji slavi.

Ps it.,17

ALLELUIA

Allelúia, allelúia.

Ps. 96, 1 †. Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ.

Allelúia.

ALELUJA

Aleluja, aleluja.

†. Gospod kraljuje, veséli se, zemlja, radujejo naj se številni otoki!

Ps 96,1

Aleluja.

EVANGELIUM

Mt. 8, 1-13

Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Matthæum.

In illo témpore: Cum descendísset Iesus de monte, secútæ sunt eum turbæ multæ: et ecce, leprósus véniens adorábat eum, dicens: Dómine, si vis, potes me mundáre. Et exténdens Iesus manum, tégigit eum, dicens: Volo. Mundáre. Et conféstim mundáta est lepra eius. Et ait illi Iesus: Vide, némini díxeris: sed vade, osténde te sacerdotí, et offer munus, quod præcépit Móyses, in testimónium illis. Cum autem introísset Caphárnaum, accessit ad eum centúrio, rogans eum et dicens: Dómine, puer meus iacet in domo paralýticus, et male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego véniam, et curábo eum. Et respóndens centúrio, ait: Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me mílites, et dico huic: Vade, et vadit; et alii: Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. Audiens autem Iesus, mirátus est, et sequéntibus se dixit: Amen, dico vobis, non inveni tantam fidem in Israél. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte et Occidénte vénient, et recúbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno cœlórum: filii autem regni eiciéntur in ténebras exterióres: ibi erit fletus et stridor déntium. Et dixit Iesus centurióni: Vade et, sicut credidísti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora.

OFFERTORIUM

Ps. 117, 16 et 17

Déxtera Dómini fecit virtutem, déxtera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

SECRETA

Hæc hóstia, Dómine, quæsumus, emúndet nostra delícta: et, ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi córpora mentésque sanctíficet.
Per Dóminum.

EVANGELIJ

Iz svetega evangeliya po Mateju.

Mt 8,1-13

Tisti čas, ko je Jezus sestopil z gore, so mu sledile velike množice. In glej, pristopil je gobavec, se mu poklonil do tal in rekel: »Gospod, če hočeš, me moreš očistiti.« Jezus je stegnil roko, se ga dotaknil in rekel: »Hočem, bodi očiščen!« In takoj je bil očiščen gobavosti. In Jezus mu je rekel: »Glej, da nikomur ne poveš, ampak pojdi, pokaži se duhovniku in prinesi dar, ki ga je zapovedal Mojzes, njim v pričevanje.« Ko je prišel v Kafarnáum, je stopil k njemu stotnik in ga prosil, rekoč: »Gospod, moj služabnik leži doma hrom in zelo trpi.« Jezus mu je rekel: »Pridem in ga ozdravim.« Stotnik pa mu je odgovoril in rekel: »Gospod, nisem vreden, da prideš pod mojo streho, ampak samo izreci besedo in moj služabnik bo ozdravljen. Zakaj tudi jaz, ki sem pod oblastjo in imam vojake pod seboj, rečem temu: »Pojdi« in gre; in drugemu: »Pridi« in pride; in svojemu služabniku: »Stóri to« in stóri.« Ko pa je Jezus to slišal, se je začudil in rekel tistim, ki so hodili za njim: »Resnično, povem vam, tolikšne vere nisem našel pri nikomer v Izraelu. Povem vam pa, da jih bo veliko prišlo od vzhoda in zahoda in bodo sedli za mizo z Abrahamom in Izakom in Jakobom v nebeškem kraljestvu, sinovi kraljestva pa bodo vrženi ven, v najglobljo temo; tam bo jok in škripanje z zobmi.« Stotniku pa je Jezus rekel: »Pojdi, in kakor si veroval, se ti zgódi!« In služabnik je ozdravel tisto uro.

DAROVANJSKI SPEV

Ps 117,16.17

Desnica Gospodova je storila mogočno delo, desnica Gospodova me je povišala. Ne bom umrl, ampak živel in oznanjal dela Gospodova.

MOLITEV NAD DAROVI

Naj nas ta dar, prosimo, Gospod, očisti greov ter posveti telo in dušo tvojih služabnikov za obhajanje daritve.

Po Gospodu.

PRÆFATIO

de sanctissima Trinitate

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Sursum corda.

℟. Habémus ad Dóminum.

℣. Grátias agámus Dómino Déo nóstro.

℟. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo et Spíritu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in únús Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spíritu Sancto sine différéntia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séráphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes:

COMMUNIO

Lc. 4, 22

Mirábántur omnes de his, quæ procedébant de ore Dei.

POSTCOMMUNIO

Orémus.

Quos tantis, Dómine, largíris uti mystériis: quæsumus; ut effectibus nos eórum veráciter aptáre dignéris.

Per Dóminum.

HVALOSPEV

presveti Trojici

℣. Gospod z vami.

℟. In s tvojim duhom.

℣. Kvišku srca.

℟. Imamo jih pri Gospodu.

℣. Zahvalimo se Gospodu, našemu Bogu.

℟. Spodobi se in pravično je.

Res se spodobi in je pravično, primerno in zveličavno, da se ti vedno in povsod zahvaljujemo, Gospod, sveti Oče, vsemogočni večni Bog, ki si z edinorojenim Sinom in Svetim Duhom en Bog, en Gospod, ne v enoti osebe, ampak v Trojici ene narave; kar namreč po tvojem razodetju verujemo o tvoji slavi, prav to brez razlike mislimo o tvojem Sinu, prav to o Svetem Duhu, da v spoznavanju resničnega in večnega božanstva molimo v osebah svojstvo, v naravi edinstvo in v veličastvu enakost. — Njo hvalijo angeli in nadangeli, kerubi in serafi, ki ne nehajo sleherni dan klicati, enoglasno govoreč:

OBHAJILNI SPEV

Lk 4,22

Vsi so se čudili temu, kar je prihajalo iz Božjih ust.

MOLITEV PO OBHAJILU

Molimo.

Gospod, ki nam daješ uživati tolike skrivnosti, prosimo, stóri nas tudi za njihove sadove resnično sprejemljive.

Po Gospodu.

Slika na naslovnici: Melchior Jean-Marie Doze (1827–1913), Jezus ozdravi gobavca, olje na platnu
 Latinska besedila: *Missale Romanum: Ex decreto SS. Concilii Tridentini restitutum summorum Pontificum cura recognitum* (Editio typica). (1962).

Oblikovanje in notografija: ZAVOD ZA CERKVENO GLASBO